



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

7. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Royas in causa Firmana  
Professionis. Veneris 2. DEcemb. 1639

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

censeretur illi derogatum, etsi in priuilegiis Ven. Socieratis, illius nulla fuisset facta negotio, ex supra adductis in §. *artamen n.7.*

10. Immemorabilis verò cum fama priuilegij licet conster ex textibus pro parte d. D. Ducus examinatis, non tamen suffragatur quoniam allegando immemorabilem non dicitur allegare meliorem titulum de mundo, sed titulum ex priuilegio, de quo extat fama, cuique clarè derogatum fuit per Pontifice, qui sciebat has decimas antiquas de iure communis, vel speciali ad aliquem spectare. *Cassad. d. decif. 1. de priuileg. is cum aliis super allegatis.*

11. Nec ex daimmemorabili cum fama priuilegij inferti potest ad infederationem prætensam per D. Duces, super qua olim, & hodie eius informantes infestabant. Quia vltra quod huicmodi infedatio in hoc casu videatur impossibilis, ex quo facultas infedandi concessa Episcopis, sive fuerit prohibita per Concil. Lateranen. sub Alexando III. de anno 1179, sive secundum alias sub Urbano II. de anno 1088. ut notat Valboa 2. *decreta in cap. causam 7. de prescript. n. 14.* 15. & 16. *cum segg. Ciaccon. de vir. Pontif. pag. in 430.* & 566. & de viro quo tempore constat Cordubam & Lucenam, de cuius decimis agitur, fuisse in potestate Maurorum, à quotum manibus fuerunt recuperatae de anno 1240, vt testantur historici, & præcipue Mariana de reb. Hispan. lib. 13. c. 1. & Stephan. de Garibay lib. 13. c. 2. & sic ad minus per 60 annos post infedandis prohibitionem cessat omnis difficultas, cum non doceatur de aliqua recognitiōne feudali: nec aliquid deducatur, ex quo appareat decimas fuisse possellas vii feudales: sed solum prætentit hoc allegari posse vigore immemorabilis. Nec suffici illa possibilis, nisi eriam probetur quod D. Dux eas tenuerit vt feudum cum fama investiture ante Concil. Lateranen.; ad quem effectum requiritur saltem quod testes depositi essent esse famam quod Dux haberet in feudum ab Episcopo has decimas ante Concil. Lateranen. Couarr. lib. 1. var. d. c. 17. n. 6. *Rebus de decim. q. 13. n. 70.* Valboa lib. 2. *decreta in cap. causam 7. n. 30.* & 51. *de prescript.* & bene ratiocinatur Illustriſſimus D. meus Decanus in prima decif. causa §. *buic fundamento in fine Rot. decisione 21. pari 2. divers. & decisione 702. num. 1. part. 2. recent.* & ideo meritò excluditur allegatio infederationis.

12. Nam eo ipso quodd quis se restringit ad unum titulum, prout fecit D. Dux, ad immemorabilem cum fama priuilegij, excluditur præsumptio alterius tituli, scilicet infederationis Bellamer. *decif. 287. & 293.* *Rota dec. 731. n. 20. pari. 1. divers. Gregor. decif. 333. n. 19.* *vbi addeni.* Maximè quando unus titulus excludit alium, prout in præsenti: qui dum obtinentur decimas vigore immemorabilis cum fama priuilegij, tunc liberè, & tanquam allodiales possidentur à laico: quando verò possidentur iure feudi, tunc dominium directum remanet penes Ecclesiā, quia eriam similiter possidet, & dominium utile cum possessione naturali dumtaxat transfertur in laicum, qui possidere dicitur nomine Ecclesiā. *Berous confil. 1. n. 1. vol. 1.*

13. Nec suffragatur D. Duci, quod dicitur habere prædictas decimas ex titulo onerofo, propter recuperationem terrarum factam à Mauris: cui priuilegij ex tali titulo proueniunt non est verisimile Papam voluntate derogare. *Gonzal. regul. 8. gloss. 25. & 28.* *Cassad. dec. 1. de past. & dec. 4. de priuileg. nouissimè Castill. de tertii reg. d. c. 36. n. 28. vers. responsio.* Nam quicquid sit, An priuilegium ex causa oneroſa concessum censeretur derogatum, non facta de eo in secundo mente ne de qua re idem Gonzal. *gloss. 9. §. 2. n. 18. 29. & 49.* Carol. de Tap. *in l. fin. ff. de confit. Princip. n. 119.* *cum segg. Greg. A. Cac. lib. 2. c. 5. ex n. 43.* *Ferrer. confil. 129. num. 2. lib. 3.* *Roland. confil. 13. num. 69. vol. 3.* Cre-

sent. *decif. 285. de priuileg. Put. decif. 47. n. 3. lib. 1.* *late. Castill. suprà n. 10. cum segg.* Non applicantur in praefenti ex supra adductis in §. nec ex d. *Immemborabilis n. 11* dum ipse Dux se restringit in suis probationibus ad probandum solam immemorabilem cum fama priuilegij: cui censeretur derogatum ex supra citatis, & consequenter non potest le fundare in titulo oneroſo, qui censeretur excluditus per electionem alterius tituli, ex traditis per addent, ad Gregor. XV. in dicta decif. 33. *num. 19.*

14. His igitur stantibus dixerunt DD. nihil reselere renunciationem factam per Provinciale Priuilegij Societatis à solutione decimarum ad fauorem D. Ducus. Quia vltra quod dicta renunciatio fuit conditionis ob pactum in ea adiectum, quod confirmari debet auctoritate Apostolicae, & sic conditione non adimplita, illa imperfecta remansit, diluitur penitus obiectum ex defectu potestatis in provinciali transigente, qui id facere non valuit absque consensi. Reuerendissimi P. Generalis penes quem tota residerit Religionis authoritas. Vnde cum verlemur in priuilegio concessa ad fauorem totius Ordinis, non autem perfonae private, statim eidem Ordini fuit ius queſitum, in fortioribus terminis respondet Rot. in decif. 14. 22. & 13. 10. 12. *diner. vbi dicitur renunciationem factam priuilegio à solutione decimarum per Carolum Quintum Imperatorem tanquam nimis præjudicialem vniuersitatem militis non posse subsistere sine eiusdem Religionis seu militiae consensi, quamvis fieret redditus ad his communis: & propterea ex mera simplicitate d. Provincialis non debet præjudicium inferri vniuersitati Religionis, vnde in decisione cause coram Illustriſſ. D. meo Decano sub die 10. Maij 1635. §. Non obſtar.*

15. Nec aduersantur moderationes prædictiorum factarum per Sancta mem. Leonem XI. & S.D.N. Quoniam emanarunt ad fauorem Ecclesiasticorum, & ita non extenduntur ad laicos, qualis est Excellentiss. D. Dux de Cadona.

Et sic conclusum vtraque parte informantur.

## DECISIO VII.

Sacra Rotæ Romanae coram R. P. D. Rotis.

In causa Formana Professoris.

Veneris 2. Decembris 1639.

§. 1. Introductio iudicio coram A.C. ad instanti Pauli & Aurelii de Rosciis contra Comuentum Sancti Augustini Montis Fortini super successionem q. fratris Ioannis de Rosciis, pro excludendo dicto Comuento opponebatur de invaliditate professionis per Paulum, & Aurelium prefatos, & cum articulus esset exemplaris, placuit A. C. confilere Rotam, & dato dubio, ac collatere de validitate vel invaliditate professionis dicti fratris Ioannis, pro invaliditate aducebantur sequentia.

2. Primo, nullam esse professionem, vii factam non seruata forma Constitutionis Sixti Quinti in ordine la 71. super capienda diligentia informatione parentum, patriæ, vite, ac morum, cum approbatione in Capitulo Generali, vel Provinciali, quam Conflituum inducere formam, annullando professiones alteri factas, ita ut forma ibi prescripta non potuerit alterari, nec immutari, vt firmatur Rota in recent. decif. 173. n. 4. pari. 1. vbi refert ita fuisse decimum in via Tolaterna professionis 27. Februario 1595. coram bon. mem. Hieronymo Cardinali Pamphilio.

3. Secundo, non collare de professione secuta, ex qua scriptura existens in libro Monasterij, ex qua probatur professio, contineat calligrafiam circa diem mensis, & annum.

annum, cum apostilla superlineata, in qua aderat 20. Octobris, in praesenti adesse 20. Nouembris, absque approbatione Notarii; qua cassatura, & apostilla in parte substantiali, prout est dies, mensis, & annus, viuant Instrumentum per text. in l. s. vnu, vbi Bart. Bald. & alij DD. de testibus Bero. consil. 90. n. 7. & 14. vol. 3. vltius cassaturam esse diuerſi armenta, propterea reddatur ſuſcepta fides illius, & in exequibilis, cum in Civilibus ſola ſuſpicio falſitatis admittatur pro retarda cuiuscumque Instrumenti executione, aut tollende illius fidei. Surd. 6. consil. 6. n. 4. Greg. XV. decif.

546. num. 11.

4. Tertiò, Instrumentum datum continens profefionem eſſe ſumptuū de ſumpcio, non ex protocollo Notarii Rogati, ſed ex libro Religionis, in quo ſunt registrata Instrumenta continentia intereffe Monasterij, nec reperiri regiſtratum in Protocollo, ſeu matrice Notarii, à quo dicitur confeſſum hoc Instrumentum profefionis.

5. Quartò, non probati dictum fratrem Ioannem feciſſe annum probationis, uita formam Sacri Concilii Tridentini, & eiusdem Regula Sancti Augustini, nec quod permanerit in Monasterio per annum continuum, ut requiritur, religioſe viuendo, ut firmauit Rot. decif. 175. n. 1. pari. 1. recent.

6. Quinto, obſeruantiam anni nouitatus remanere excludam per teſtes deponeſtes, fratrem Ioannem paſſum fuſſe ſolitum vagari per Terram Montis Fortini; vltius non apparet inquam interuenienti in Caſtulis nec feciſſe aliquem actum conuenientem profefionis, nec conſtare de continuatione in Religione, in dñi nec apparet vbinam fuerit poſt quatuor annos, itaſtis veniat dicendum fratrem Ioannem obiſſe extra Religionem, quam in Religione, & cum frates tranſmittantur, de uno loco ad aliū, & de tali tranſmissione non conſerter, ex hoc colligi dictum Ioannem non eſſe verè profefsum, & conſequenter bona illius non ſpeclare ad Monasterium. Gratian. diſcept. for. c. 640. num. 5.

7. Supradictis tamen non obſtantibus Domini ho- die reſoluerunt, Profefionem eſſe validam, ex dicendis inſtra.

8. Primò, & principaliter quia ex publico instrumen- to conſtat, dictum fratrem Ioannem de Rofciis 20. Nouembris 1592, poſt annum probationis tria vota ſolemnia, Obedientia, Caſtitatis, & Paupertatis emiſſe, cum profefione viuendi ſecundum Regularem Sancti Augustini, ex quorum emiſſione inducitur ſolemnis, & expreſſa profeflio intra text. in c. cum ad Monasterium in fine, de ſlat. Monach. c. omnes femina 27. qu. 1. de Ruff. consil. 2. nu. 11. Nauart. consil. 10. n. 6. de Regul. Rot. decif. 216. n. 3. pari. 2. diuerſ. & decif. 579. n. 1. pari. 1. recent. Caualer. decif. 271. n. 2. vltius dicta vota fuſſe emiſſa in manibus Prioris Monasterij, pre- uio ſtatum Capitulari conſenſu, quo caſu validissima profeflio, quinimo ſi in manibus ſoliſ Prioris Monasterij emittatur, abque licentia alterius Superioris, illa ſuſtinetur, ex gloss. in cap. vltimo in verbo perineat, de regul. in 6. P. Azor. inſtit. moral. lib. 2. c. 5. q. 3. in fin. Sanchez in precept. decalog. lib. 5. c. 4. q. 2. per rot. diſtamque profefionem remanere plene proba- tam per dictum publicum Instrumentum, cum & illa etiam probetur per aliam authenticam ſcripturam, per text. in c. vidua 20. q. 1. gloss. in c. 1. § poſtquam à verbo in preceptis de censib. in 6. Caualer. decif. 271. n. 2. verſ. minus videbitur.

9. Secundò, quia dictum instrumentum remanet ad miniculatum, tum ex preceſſione admissione dicti fratris Ioannis ad habitum Religionis Sancti Augustini, biennio, ante emiſſam profefionem, ut in Summario dictum fuit. Tum ex testibus deponentibus, fratrem Ioannem per plures annos habitum Regularem

detuliffe, & in Monasterio cum fratribus vitam duxiſſe. Tum & etiam ex alio publico Instrumento, celebra- to de anno 1593, in quo de licentia Prioris Provincialis fuit Monasterio ex persona fratris Ioannis redditio, ac reliquatus bonorum eiusdem fratris Ioannis per Rofcios, dum in ſaculo viubat, ad iuniorum fratorum.

10. Tertiò, quia queſtio validitatis Profefionis non vertitur principaliter inter fratrem Ioannem, & Religionem, ſed accſoriorie, & incidenter inter conſanguineos fratris, ac Conuentum, ad effectum ſuccelionis, nec frater eſt in caſu, quo caſu leuiores ſufficiunt pro- bationes, Gemini. consil. 1. 7. Seraphin. dec. 1. 1. n. 6. & fut dictum in Bononię, fidei commiſſi de Nascentio- riis 19. Noembris 1638, coram R. P. D. meo Ghiferio.

11. Quarto &amp; vltimò, quia ab anno 1592, viſque ad

litem motam elapsi fuerunt anni vltimi 40. ex quo vel intrat tacita profeflio, & preceſſente approbatio, ſi frater Ioannes vixit, vel praefcriptio Iuriſ ſuccedendi, ſi decedit, cum haec praeſcriptio 30. annis praefcribatur ex gloss. in l. quādiu la prima, fide acquaſered. Gozad. consil. 56. n. 1. cum aliis adducitis in Romana Diuifio- nis 20. Iunij 1639 coram R. P. D. meo Bichio.

12. Nec obſtant dictum fuit in contrarium adducta & Primò, quod profeflio reputetur nulla ex non feruata forma Constitutionis Sixti Quinti la. 71. quia obie- dum tollitur ex verbis Instrumenti, ibi qui omnes infor- matis de moribus, vita, & qualitatibus, &c. & credendū eſt aſſertio, fratrum de informatione capta, cum potuerint ſe extra judicialiter, & abſque aliquo processu informare. Zabat. consil. 139. n. 7. & fuit dictum in Narrien, ſeu Romana fructuum Dotis 8. Fe- bruarij 1627. eo an bon. mem. Card. Virili.

13. Minus facit quod huiuſmodi informatio non fuerit approbata in capitulo Generali, vel Provinciali prout requiritur in dicta Constitutio Sixtina. Quicquid enim sit, an ex hoc capite remaneat irrita profeflio, & negariuſ ſententiam latē tueatur Rodriq. q. regal. rom. 3. q. 54. nro. 5. dicta Bulla Sixti non annulat recep- tiones aliter factas, fed tantum imponit penam Superiori, licet ibi annulletur profeflio ex aliis capitibus, ut videtur eſt in §. 4. dicta Bulla, in ſimili Burat. decif. 688. nu. 1. & 13. In omnem caſum cefſat difficultas, ſante Constitutione Greg. XIII. moderatoria dicta Constitutionis Sixtina, relata pet eundem Rodri. poſt dictam q. 54. fol. 19. in qua Gregoriana Conſtitutio- ne diſponitur, quod in Religionibus, in quibus Capitu- la Generalia, vel Provincialia raro flunt, prout accidit in Religione Sancti Augustini, ſufficiat informatio capta a Superiori & Capitulo Monasterij.

14. Nec obſtant, quia in ſecondo adducuntur, deſumpta ex caſſatura Instrumenti etiam in apostilla, quia vltius quod teſtes dati in Summario Conuentus num. 2. deponunt, dictam apostillam fuſſe ſcriptam manu eiusdem Notarii, quo propter ea probat etiam abſque eiusdem Notarii approbatione. Tob. Non consil. 80. num. 1. & 5. ad 6. Farinac. de falſit. & ſimil q. 153. n. 10. Caualer. decif. 122. n. 6. Reuerendissimum Dominus meus Decanus decif. 467. nu. 2. eō magis dum haec veritas aliunde comprobatur. Paris. consil. 28. numer. 45. cum ſeq. lib. 2. Bero. consil. 91. n. 4. lib. 3. Surd. consil. 61. n. 29. vltius hic non agitur de apostilla ſcripta diuerſo armento, quo appetit eſſe ſcriptum corpus ſcripturæ, ſed eodem, prout teſtes dicunt, ex quibus cefſat omnis ſuſpicio falſitatis, ex congeſtis per Farinac. de falſit. & ſimil. q. 13. n. 15.

15. Ulta quod dicta apostilla ſolū variaret tēpus, in quo ſecuta fuſit profeflio, non autem conſtarit de non faſta, unde cum aliunde, ſcilicet ex toto tenore Instrumenti conſtar profefionem, fuſſe ſecutam poſt annum probationis integrē elapſum, non potest dubitari de illius validitate, & quia dicta ſunt, non fuſſe emiſſa vo- cuo cum eiſdem verbis descriptis in formula, ac Conſtitutionibus

sitionibus, nihil facit, dum Constitutiones non progradientur ulterius declarando irritam professionem aliter fecutam, cum bene sufficiat, quibuscumque verbis ea facta fuerit, ut in terminis dixerunt Azor. *infis. moral. lib. 12. c. 5. q. 7. in fin.* Sanchez *in præcept. Decal. lib. 5. c. 3. n. 4.* qui allegant concordantes.

16. Minus obstant adducta in tertio quod si sumptus de sumpto, & propere non probet, quia dictum Instrumentum non est sumptus de sumpto, cum fuerit extractum ab ipso originali, prout facit cum castatura, & apostilla, vigore litterarum comparsorialium, citata parte coram iudice comparsoriali, cum recognitione originalis facta per testes, cum interrogatoris partis etiam circa verba apostilla, quamvis fuerit extractum ex libro Instrumentorum originalium *Concilius*, ubi extant, registrata Instrumenta concernientia interesse. *Concilius* in publica forma, manu Notariorum rogatorum, propere cum habeat omnia instrumenta requisita, non fuit dubitatum, quin sit in forma probanti. *Neuzian. conf. 25. n. 2. & 3. Seraph. dec. 1236. n. 1. Greg. decis. 292. n. 2.* Quæ vero dicuntur, illud non extare in protocollo Notarii, qui se rogauit, fuit responsum, dictum Instrumentum Monasterij tamen probare, cum potuerit per incuriam Notarii, protocollo non redigi, *Causal. deci. 122. n. 11.* & fuit factum in Nepesina Hereditatis 17. *Nouembri 1600. coram bon. mem. Lancetio.*

17. Nec pariter obstant quæ in quarto obiiciuntur, scilicet quod probetur fratrem Ioanen fecisse annum probationis, nec integrè per annum permanuisse in Monasterio, quia cum contrarium explicitè dicatur in dicto Instrumento professionis ibi, cumque per annum iam continuum elapsum semper steterit vna cum aliis fratribus in dicto Monasterio, & confirmatur, quia probatur fuisse receptum ad habitum, fecisse ingressum in Religionem de anno 1590. vt ex partita extracta, in qua continetur, nedum decretum de recipiendo, sed ipsa actualis recepicio, & ingressus, cum aliquoquin non fuisse subscripta à fratribus, ibi, *tutti si sotto scriuaranno quando si fara à Frate.* Professio vero eiusque Instrumenti, est de anno 1592. vt in corpore ipsius Instrumenti, id est cessat obiectum cum illud habeat pro se presumptionem veritatis. *Crauett. conf. 131. n. 7. Dec. conf. 423. n. 10. Causal. decis. 205. n. 10.*

18. Tandem non obstante quæ in quinto, & ultimo fuerunt in contrarium allegata, desumpta ex non obseruantia anni Nouitatus, & fratrem Ioannem vagasse per Terram, alii ibi enumeratis, quia placuerunt Dominis responsiones datae quod in illis Terris, ac paruis Coenobis non seruatur iste rigor, cum bene sufficiat, nunquam fratrem reliquise habitum Religionis, & mansionem, & vitam duxisse in Monasterio, & licet Novitius ibi egreditur, vel pro necessitatibus Monasterii, vel recreationis gratia annuelle Superiore, non propterea Nonitius fiat iritus, ex Nauart. *conf. 12. de reg. qui refert ita centuſſe Sacram Congregacionem. Sanchez super Decalog. diſto lib. 5. cap. 4. num. 27.* Nec deambulatio per locum, sive Caſtrum excludit continuum habitationem in Monasterio: & quod facit cessare omnem difficultatem, est quod constat de permaneſce in Monasterio dicti fratris post suscep- tum habitum per tres annos, quo temporis spacio fuit inducta tacita professio, quæ pariter sufficeret pro professione inducenda, ex quo tacita operatur sicut expressa, etiam post Concilium Tridentinum: imo ex sola tacita professione bona spectare ad Monasterium fecito. *Edictu post annum professionis, dixit Menoch. conf. 346.*

19. Quod dicitur, de tempore secuta professionis non adiungit in Convenio Montis Fortini nisi tres fratres, nihil facit, cum satis fuerit, quod superior, qui eum recipit, habere potestatem incorporandi Religioni,

prout habebat iuxta notitia in capitulo de Reg. *Fagon. in cap. 1. n. 2. vers. 6. in intellige de votis Regin. conf. 128. n. 3. lib. 1.*

20. Quibus statibus, cum presumptio sit prevalenti, professionis, & Nauarr. *conf. 13. num. 13. et 14. et 15. Sancheſ super Decal. lib. 5. c. 4. n. 1.* principaliante obseruantia postea, lecta, presumuntur omni præcessisse requisita, quæ debent concurrere pro validitate professionis. *Menoch. conf. 396. num. ultima.* & consilie de ingressu in Religionem, presumuntur in eadem continualle vique ad obitum secutum longe post de contrario.

Et ita resolutum utraque parte informante &c.

### DECISIO VIII.

*Sacra Rotæ Romanae coram R.P.D. Merlim.*

In causa Maioricen. Indulctorum.

Luna 11. Aprilis 1639.

§. 1. **R**omani Pontifices Joannes XXII. Eugenius IV. & nuper f. m. Pius V. propter benemerita Incolumit Regni Maioricen. & ex aliis rationabilibus causis conceferunt, ut beneficia solidū natura- libus Incolis, & originariis dicti Regni conferentur, ac venerant Episcopo, & aliis Collatoribus, ne de ca- tero exteris prouiderent, huicmodique Papala Indul- ta inserta sunt inter Constitutiones Regni. *Oris po- stea diffidisi inter Episcopum, & Regnum Maioricen. & causa coram me in Rota introducta, infortunates pro Episcopo dederunt articulos in quibus probare intendebant dicta Indulta Romanorum Pontificum non fuisse vnu recepta, & allegabant plurimas colla- tiones factas exteris, & ideo petebant remissorium, & domini denegandam esse dixerunt ex capite irrelevan- tia, & ex eo quod non sit necessaria huiusmodi proba- tio per testes.*

2. Irrelevantiam deducebant DD. quoniam dato millibus probati itas collationes factas exteris attamen non inde infringebatur vis, & auctoritas Indulctorum Apostolicorum contra qua Indulta, & Constitutiones Apostolicas non potest dari de non vnu, Abb. in cap. fin. n. 4. vers. Vnde ibi de reueg. & pac. Feln. in c. 3. m. 6. vers. lex nona. ead. tit. Couat. pars. refut. lib. 2. c. 16. n. 6. vers. 5. sicut. Put. decis. 1. in fin. lib. 1. Card. Causal. decis. 77. n. 3. & 85. n. 2. & 91. n. 7. & 111. n. 1. Ratio est, quia Principes seculares auctoritatem habent à populo, & ab homine, ideo eorum leges eatus obligant, quatenus moribus ventient, qui auctoritate contulerunt, approbentur, l. 1. in fin. lib. 1. Senator. Dec. conf. 162. col. pen. vers. ultimo non obstat, & egeste explicat D. Thon. pars. 2. queſt. 97. art. 3. ad tertium Pa- pa autem habet immediate, & solidū à Deo auctoritatem abfique vlla dependit, à consensu subditorum, & ideo non exigunt pro finitate illius Constitu- tionum, quod alij vnu recipiendo, illas admittant, sed statim ac à Papa promulgata sunt, & immotuunt, etiam in singulis Provinciis non sint publicare, vnu habent, & auctoritatem, & obligant. Ita Ital. in cap. istis. §. leges, num. 3. vers. 1. nisi dato consenso Pa- pe. 4. difſt. Archid. in cap. leges promulgantur, difſt. 4. & in cap. cum de benef. circa fin. vers. sic, nec miseric. de preben. in 6. Franch ibidem n. 4. Rot. apud Card. Com. decis. 85. num. 2. & in Conchen. beneficij de Valde in- dios 14. *Nouembri 1611. coram Cardin. Sacrat. & in Foroliuen. Censu 25. Februario 1622. coram bon. mem. Manzanedo in fine, qua est dec. 365. post Cinc. de Conf. Molin. de contract. disp. 395. nu. 1. Cinc. de Conf. 34. n. 48. & 50. in ghi. impressi. Nauarr. conf. 1. lib. 1. m. 15.*